

Libellus de passione (Serarius 821).

factus est imperialis
aulae illustrissimus can-
cellarius et quasi alter
imperator.

Tempore ingruentis
inopiae, quae totam Ger-
maniam premebat,
trecentos pauperes

nutriebat.

Religionem

arctius amplectens
illius professionis viros,
quorum iugiter fruebatur
contubernio

tanquam patres et
fratres fovebat manum
soliciti tutaminis

Vita Arnoldi (Jaffé 606 ff.).

fulgens, quanto magis persequabatur,
tanto magis in gloria et honore
crescebat, ad altiora proximaque
virtuti semper se erigens.

Namque — ut dicitur, ab ex-
tremo ungue usque ad supremum
calculum per dignitatum gradus
ascendens — postquam sibi Deus
fecerat nomen magnum iuxta nomen
magnorum qui erant in terra, ut
splendore indutus principum, im-
perialis aule illustrissimus
cancellarius quasi alter
imperator in latere imperatoris
imperii prestaret officio, circa omnes
afflictos pia et clementissima gesti-
tans viscera, orphanorum, viduarum-
que ac Yberniorum Scotorum —
quos ultima mundi ad nostre medi-
tullium terre baculo peregrinanti
transmittunt — omniumque pere-
grinantium oppressorum unicum
gremium, armarium et tutissimus
existebat portus; ut cum beato Iob
dicere posset: Cumque sederem
quasi rex in solio meo, eram tamen
merentium consolator. Raro pauper
a manu ipsius vacuus quandoque
recessit. Tempore vero in-
gruentis inopie, quae totam
Germaniam fame profligatura
minitabat, trecentos paupe-
res — propria manu obsequiis
exhibitis — alimoniis sollicitus et
specialiter nutriebat; aliis qui-
bus victum largiebatur adhibitis,
quorum non est numerus. Mensa
autem ipsius multo frequentique
paupere hospite ac peregrino. Tanta
namque opinio elimosinarum suarum
ac pietatis circumfuderat pauperes,
quod ad ipsum tamquam ad pro-
prium certumque promptuarium
ubique concurrerent. Religio-
nem autem super aurum et
lapidem pretiosum omnemque pul-
chritudinem artius amplec-
tens, illius professionis
viros, quorum iugiter frue-
batur contubernio quorum-
que presentiam post Deum venera-
batur, tamquam fratres et
patres fovebat, honorabat;
manum auxilii misericordie sol-
licitique tutaminis sine inter-